

Joachim Christoph Stahl


**In Æternam, Piam, Devotam Memoriam, Serenissimæ, Clementissimæ Ducis
Magdalenæ Sybillæ, Ducis Meclenburgi ... Cum ea XXII. Septembris Anno
MDCCXIX. beate in Jesu Christo obdormiisset, & Serenissima ejus ossa die
XXVIII. Febr. MDCCXX. Gustroviæ in æde Cœciliana Tumbæ inferrentur, Hoc
Castrum Doloris Piis beatisqve Manibus ponere ...**

Rostochii: Typis Joh. Wepplingi[i], 1720


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn892725540>


Druck Freier  Zugang





N. l. - 240 (1.)
N. l. - 240 (1.)





IN
ÆTERNAM, PIAM, DEVO TAM
MEMORIAM,

~~120~~ / 20

SERENISSIMÆ, CLEMENTISSIMÆ DUCIS
MAGDALENÆ
SYBILLÆ,

DUCIS MECLENBURGI, PRINCIPIS VETUSTÆ GENTIS HE-
NETÆ, SVERINI & RACEBURGI COMITIS SVERINENSIS, TERRARUM
ITEM ROSTOCHII & STARGARDIÆ
DOMINÆ,

*Cum ea XXII. Septembris Anno MDCCXIX. beate in Jesu Christo obdormisset,
& Serenissima ejus ossa die XXVIII. Febr. MDCCXX. Gustroviæ in
æde Cæciliæ Tumbæ inferrentur,*

HOC

CASTRUM DOLORIS

Piis beatisque Manibus

ponere, &

SERENISSIMÆ DUCIS

CELSISSIMIS FILIABUS

HÆREDITARIIS PRINCIPIBUS

religiosissimè, devotissimè, humillimè,

dicare, consecrare, mancipare debuit ac voluit

pulveris pagani filius velle

attamen Beatis, Altissimis, Heroicis Nominibus

Additissimus, Subjectissimus Servus

JOACHIM CHRISTOPH. Stabl/

SS. Th. & Phil. Stud.

ROSTOCHII, Typis Joh. Wepplingi, SERENPRINC. & ACAD. Typogr. 1720.

IN
ETERNAM PAM, DEVO TAM
MEMORIAM,
SERENISSIMAE, CLEMENTISSIMAE DUCIS
MAGDALENAE
SYBILLAE.

DUCIS MECLENBURGI PRINCIPIS VETUSTE GENTIS HE.
WETA, SWEINI & RACEBURGI COMITIS SVERINENSIS, TERRARUM
ITEM ROSTOCHI & STAROGARDIAE,
DOMINAE,
Cum in XIII. Septembri Anno MDCCXX. hanc in JEI CH. foederavit,
& serenissima eius ossa die XXVIII. Febr. MDCCXX. Gultrovis in
ade. Cestibus Tombo inferentur,
HOC

CASTRUM DOLORIS

Pis beatissime Manibus

posuit, &

SERENISSIMAE DUCIS
HEREDITARIIS PRINCIPIS
CELSISSIMIS FILIABUS

religiosis, devotissimis, humillimis,
digne, confiteor, munusque debuit ac colat
pulchre parati filius vobis

carum Beatiss. Altissimi, Heroicis Nominibus

Adhib. Titulus, Sobieskiewicz
JOACHIM CHRISTOPH. Stadl
Ss. Th. & Phil. stud.

ROSTOCHI, Typ. Joh. Weyhling, SEBASTIANI & MICHAEL. Typogr. 1720



HEus Viator & Hospes mundi,
Qvisquis es,
probus tamen, non improbus,

Veritatis, virtutum ducis, non adulationis, vitiorum fuci, amator.

Ingrédere

Castrum Doloris,

Lege, Luge.

Sive enim rostra, sive castra, sive rastra seqveris,
Dolendi causas, mœrendi undas, abunde consequeris

in occasu

currentis Solis, lucentis Lucis,

SERENISSIMÆ puta & CLEMENTISSIMÆ DUCIS,

MAGDALENÆ SYBILLÆ

Ducis Mecklenburgiacæ,

Natæ Principis

Holfatiæ, Stormariæ, Dithmarsiciæ &c,

Principis associatæ Principi

ingentis vetustæ gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi,

Terrarum item Rhodopoleos & Stargardiæ

Dominæ,

Dominæ nostræ gratissimæ,

A 3

Comit

Comitis comi comitate,
Principis, Matris, Matronæ
Munificentissimo animo,
Animosa generositate
Generosa dignitate,
Digna auctoritate,
Auctis laudibus,
Laudabili elegantia
Eleganti nobilitate
Nobili alacritate
Alacri ingenio

Celsissimæ, illustrissimæ, præstantissimæ.

Heus, Viator!

Quid properas? quid festinas?

Quid vis? Quo tendis?

Cessa

Siste pedem & resta.

Perpende ex animo exanime funus.

Aspice per Adami mortale peccatum exortæ mortis,
morem morosum.

Attende vitam luctuosam, quæ nil nisi Sil, fungus
& fumus.

Perspice vittam lugubrem, quam cum corpore recipit humus.

Quid tardas
penes portam penetralibus cordis
contemplari templum honoris?

Penetra penitus Penetralia

Castri doloris;

ibique

trutinæ mentis sagacioris
imponere pœnam mortis impunem.

Expende

Expende propius
odorum, dolorum
gemituum, rituum,
Lamentorum, tegumentorum,
lacrymarum amararum
rara & lenta
Argumenta.

Qvippe

Cælum caruleum

Serenissimum pignus nobis quidem concessit & tulit,
omineque bono omnem spem malam,
tam citò, cælo uti, pepulit;

Nihilominus tamen tandem abstulit
Cæca & crudelis Parca, parcendi nescia,
Sangvinis & Spiritus plenam

DUCEM

ducentem centum, demtis duodecim, annos,
Spiritus vitalem Sangvinisque ductum.

Quâ iniquâ

Sorte & morte

Subditi quasi undis & fundis subditi sunt,
nec non tota Megapolis

magnum Poli bolum,
rabidum radiorum diorum raptum,
dira omina, dura gravamina,
mera Vulnera, mira fulmina,
minasque non minores
experta est.

Vide Viator

Viam vitæ.

Ita est vita.

Nunc vigemus, vivimus, ridemus;
Mox vero fridemus, strepimus, rigemus.

Nunc

Nunc oramus, floremus;
Mox ploramus, dolemus.
Nunc nox, nunc dies:
Nunc labor, nunc quies,
Nunc tenebræ, nunc lux,
Nunc gaudia, nunc crux,
Nunc fors, nunc mors.

Hinc

volat vita velox
& vel vitis germine victitantibus.
Cedit, vilescit,
Cadit, senescit
Vita humana,
Quemadmodum
poma decumana
foliaque vilia levi agitata vento
cedunt, cadunt volant.
Sicut panni, ita anni transeunt.
Quoties ergo
Viator
oras, laboras,
simul etiam
ore, mæsto, oculo tristi
deplora
ora & ossa
olim florida, viva, viridia,
in præsentiarum rigida

Ducis **MAGDALENÆ SYBILLÆ,**
Vitæ usurâ octies octo bisque duodecim annos
functæ
Sed jam defunctæ.

Indignæ

Indignare Viator
Extinctam & denatam Ducem,
Mors tanto benignius parere debuisset,
quanto immanius in illam saevit
Quatuor & viginta abhinc annis
Viduando eandem
pari dulcissimi tori Ducalis PARE,
GUSTAVO ADOLPHO
Benignissimo Parente & Duce regnante
Totius Mecklenburgi &c.
Principe ob raram, singularem pietatem
& exquisitissimas animi corporisque dotes
in orbe illustrissimo,
Cujus Filius Serenissimus JOHANNES,
Serenissimæ Filiaë ELEONORA, MARIA, MAGDALENA,
ut &
Serenissimus Filius Princeps CAROLUS,
unicus Regiminis & Reipublicæ Heres Matculus
cœlo recepti
cum Patre jam etiam Matre
Simili gaudio & æternâ gloriâ, summaq; felicitate fruuntur;
Reliqua proles verò,
Serenissimæ sc: Principes
SOPHIA,
CHRISTINA,
HEDWIGE,
LUDOWICA,
ELISABETHA, & AUGUSTA
adhuc
in vivis superstites relictæ sunt,
Incusato mortem Viator
Quod non pepererit
Tantæ DUCI,

Heroicis Natalibus,
Fumosis, famosis Magnorū Majorum imaginibus,
Longa virtutum serie,
Ingentibus inter Gentes factis,
Marmoratis laudibus
emicuit.

Dole
dolofum mōrtis dolum.
Rapuit enim Principem,
Quæ omnis doli expers orbis dolum experta est.
Et quod magis dolendum :

Subtraxit, eripuit
Mundo, orbi universo Christiano, Regiæ & Ducali Profapia,
Provinciis attributis, subditis, egenis, imo ipsis peregrinis
DUCEM,
omnis Principalis Muneris punctum explentem.

Nam
Iustra modo Iustus Iustra
& videbis Viator fidelis
Amplissimum virtutum campum.
Ab ætatis primo principio usque
principi & haud scelesto pietatis Zelo
Cælum & cœlestem gloriam desideravit.
Mōrata non est

Immortali mortalium Monarchæ morem gerere in tota vita,
sciendo

quod faveat & foveat illos, qui corda & copora ipsi
vovēre & avent & ovant,

Ut optima Princeps
in vita vitia pessuma pessundavit.
Ut verè Christiana Christianissima
cunctas cogitationes cunctata non est
in, Christum crucifixum figere,

ipfi-

ipſiqve tanquam fini legis
ad finem necis usqve fidere.
Nec deſit Dux noſtra
ut vera Chriſtiana Chriſti januam ſuperam
(exuberante ſubinde fide, ſuperante magis magisqve fiducia)
* precum malleo pulſare & aperire.

Pariter non ceſſavit
Spiratum inſatigabile fatigare
Suspiriis,
ex profundo animi fundo ſpirantibus,
cœleſtia dona ſperantibus,
terreſtria ſclerata bona ſpernentibus.

Præſertim.

DUX NOSTRAM

Patre Sereniſſimo Friderico, Duce Hoſtato Gottorpiano,
Matre Sereniſſima, Marito GUSTAVO
ADOLPHO quoqve ORBATA,

Intra orphanos & viduos annos diſcens,

Quid eſſet Dux ſine Duce,

Liberi ſine Patre & Matre,

Subditi ſine Principe

Elegit

DEum Parentem & Maritum,

inque hunc

omnem ſuam fortem poſuit,

imò

Protectorem ſuum

in Symbolis non modo & ſignis

Verum etiam omni in conſilio, omni conatu, omni opere

ubiqve laudavit.

In lucis alias Luſcinia & Alauda laudant Laudibus lauda-

bile Numen;

B

Sed

Sed quid avium dulcedo nos deducet in avium ?

Audiamus
cœlestem nostram Philomelam philotheam ,

Qvæ,
 illecta non illecebris
tenebricosi luci

Lucis Phosphori divini illucescentis,
cecinit

DEO
 melleum melos melius
Melicorum , philomelarum , concentibus,

Præterea

Hæc philothea Diva

pro
Religione , Regione
pro libertate sua suorumque salutē salutifera
strenuè laboravit , diesque noctesque
vigilavit.

Qvapropter
Illam DEus semper clementissimè
defendit , protexit , servavit , adjuvit , ætatis
terminum prolongavit.

Qvò factò
eò magis DEO & Reipublicæ severè serviit ;
subditos servavit.

Curas in Curias intendit & Aulam,
& vota devotæ mentis pro iisdem dedit.

Ausa est etiam vel una
adversæ fortunæ ignes ignescenti virtute sustinere,
dum invia virtuti nulla est via.

Nulla crimina , multa tamen discrimina adiit ;
Honus enim habet onus.

Vene.

Venerem & scœnora foetida summo odio profecuta est ;

^{ast}
foedera vetera sancte coluit.
Haud parvo animo pravum animum sprevit,
quia ipsi neq; pravus neq; parvus fuit animus.

Sic quoque
malis occurrit,
bonis succurrit

Amore,
more,
ore,
re.

Amavit sincero affectu
Humanitatem, abominando superbiam
omnium vitandorum vitiorum obicœnum cœnum.

Mediocritate nil mediocre,

Humilitate nil humile
conata est.

In arce sua

Summo cordis & mentis ardore semper amplexa est
auditum verbum vitæ, & administratam κατὰ τὰς^u sacram

Synaxin.

In Templis orthodoxam Religionem,

In foris justitiam,
in consiliis rationem,
in folio æqvitatem,

In subditis fidem & reverentiam,

In penetralibus sanctitatem,

in viis modestiam
promovit.

Non minus
usurpavit

in miseris, humiles, tenues,

B 2

ordinis

ordinis cujuscunqve, cujuscunqve generis

sæpe agrestes

infinitam gratiam, comitatem, beneficentiam

ut

fractæ eorum, aut collapsæ fortunæ consuleret :

quod

vel meo unius exemplo roborare satis

sed nimis longum foret.

Amavit

frugalitatem, Temperantiam, αὐτάρκειαν, Φιλανθρωπίαν

ut

infirmis etiam esset affabilis, Horum necessitates audiret, ac

levaret, Adulatoribus vacivas aures denegando

nec sibi nec aliis noceret.

Subditorum

pratum, hortum, sportam, portam, partam spartam servavit

non Marte sed arte,

dum hæc omnia

suo sub tegmine texit.

Paucis :

[Nihil omisit

Quod optimæ Principis nomen & omen referret.

ô Prudentem ! ô gloriosam !

ô fortunatam natam nobis Principem !

Nestoreos certe annos meritam :

Cujus

omnis præstita & jam recensita virtutis vis

in Megapoli

imò

in imo mundi Polo

annabit, perennabit, permanebit.

Jam

Jam considera
Viator

Molestam, truculentam mortem,

Quæ
unico sævæ falcis suæ ductu
annos Nestoreos & omnium piorum vota
(heu dolor! heu lacrymæ!)

Turbavit, interrupit, annihilavit.

En, Viator!

Sic

M O R S

mordet omnia rostro suo,

Attende igitur,

& nisi ferreus es aut faxeus,

collacrymando aspice

factum Fatum,

quod

infectum fieri nequit:

Geme, ingemisce,

Treme, contremisce.

Et hoc tanto magis,

quanto immitius mors expeditur diisum.

in relictos afflictos;

primario

in

Emendatissima Corporis atque animi pulchritudine
venerabiles

Filias Principes Hereditarias,

Superstites pietatis Antistites,

Quæ

Virtus quidem

sua manu

Majestatem & gloriam insculpfit,

illas

illas beatis donis & bonis donavit,
Felicitate beavit,
Mors tamen

Patre Matreque

Spoliavit,
utriusque praesidio exiit
Spe omni hos in parentes posita
frustravit,
adè, ut
Causata fuerit

æstuante lacrymarum flumine madentes genas,
quinimò
non fletus, non lacrymas tantum,
sed quod acerbius,
insolabiles ploratus;
siquidem

Heroicæ Filiae

inprimis unicum in Matre restans solatium
sibi ademptum,
Familiae decus ereptum,
Coronas in cupressum,
Sceptra in ligones,

Purpuram & Sericum in emortuale linteum
Conversa
non sine largò lacrymarum imbre
Conspicere,

aliosque funestos casus,
ex hoc materno funere
mœsta mente
concipere, volvere, revolvere
possunt,

Pri.

Primas harum Filiarum partes itaqve tenet
AUGUSTISSIMA HEROINA

LUDOVICA,

Princeps Demortuæ Matris natu septima,

Quæ

tanquam totius probitatis, pietatis, pulchritudinis templum

& exemplar,

tanquam Magna philothea Dea,

Veram prisca Majestatis Cimbrica ideam

elegit,

& hinc

ad suavissima svavia; in dulcissimos brachriorum amplexus

Augustissimi, Christianissimi, Salomonis pacifici

Sapientia, prudentia, munificentia insignis

FRIDERICI IV.

Gloriosissimi Regis Daniae, Norvegiae, &c.

pervenit.

Eundem

Ferocientis Parcae terrorem insultum

sensit

Serenissima Filia,

SOPHIA

Quam

caelitus indita corporis & animi munera associarunt

Thalamo

CHRISTIANI ULRICI

Ducis Herbipolensis.

Pariter

hoc letho laesa est

Sere-

Serenissima, Christianissima Filia
CHRISTINA,

quæ nup̄a est

LUDOVICO CHRISTIANO,

Regnanti Comiti Imperiali Stolbergi.

Sic quoque

hoc funere vulnerata est

Serenissima & pietatis iubarē corruca Filia

HEDVIGE,

in matrimonium data Serenissimo Duci

Saxo-Martisburgensi

AUGUSTO.

Eundem mortis ictum nacta est Nata

Serenissima

ELISABETHA,

quæ

ob singularem prudentiam & pietatem pervenit
in amplexus Serenissimi, maxima sapientia notissimi

HENRICI,

Ducis Martisburgensis.

Par damnum damnolam

conciliavit mors indemnis,

naçu minimæ Filia,

cælibi Principi,

Serenissimæ **AUGUSTÆ,**

quæ

propter pietatem, prudentiam, humanitatem,
quovis cimelio melius cimelium,

&

&
tanquam Corona
Coronâ aureâ & laureâ digna est,
Ex eadem causâ
luget quoque
ingens versus orientem & occidentem
Principum Nepotum & Neptium
Circulus
&
Serenissimam Aviam humanis ereptam
conqueritur.
Lugent
MAGNATES Agnati & Cognati,
AUGUSTISSIMÆ Agnatæ & Cognatæ,
Heroo sanguine sati, satæ
non solum in Dania
sed etiam
in Svecia, aliisque Regum & Principum Aulis,
Non minus
Aula Gustavoviensis, sedes & ædes Serenissimæ,
Conclavia, parietes, mensæ,
Camerae, Campanæ, Lectus,
Ædes sacra, Suggestus,
Totus item subnixæ & devotè colendus
Nobilium Virorum,
Nobilium Fœminarum, Virginum,
gyrus, chorus,
Reliqua veneranda Familia Aulica
totaque (*) Nebulopolis
unâ cum
Villâ, Caloneso, & Topiario MAGDALENÆ,
accusant mortem

C

&

(*) Gustavovia ad Nebulam flumen sita est.

&
omnium mœstorum maxime affecti
amplissimos effundunt lacrymarum rivos;
utpote,

Qvos
Humanissima Dux
MAGDALENA SYBILLA,
millenario, & qui excedit, bonorum cumulo
affecit.

Denique,
Spicula mortis,
luculentæ facies, tædiôsæ tædæ,
excitarunt & lucubrare docuerunt
Totum Meclenburgum,
præprimis verò
Subditos

antea hilares, nunc tristes,
antea felices, nunc infelices,
antea strenuos, nunc tenues,
antea lætos, nunc lethali vulnere læsos.
Hucusque Teutones - Wendi

Fidelissimi DEI fidelisque Ducis tutamine,
tutam egerunt vitam,
bonâ fide suasque vendiderunt res:
Plauserunt, cum hostes hostilia exploferunt tela:
Amici tripudiaruat repudiatis inimicis
ope & opibus optimæ Principis.
Opulentum penus clientum
num quâ unquam inopiâ & penuriâ
laboravit? Nunquam;

Qvin potius
Alica, halece, calice gavisi sunt subditi,

atqve

Halcyonum tempora ipsorum tempora
occuparunt.

Brevibus :

Sol lumine & radiis corruscus
omnes Fortunæ radios in ipsos transmisit
Splendente Sole SYBILLA.

Attamen

triste jam est diceceseos Sybillinæ cælum:

Facies obvelatur olympi:

Lympham non limpida[m], liquidam, sed limosa[m], turbata[m]
liquit

Turbo, turbans urbes & rus:

Nubes nobis induxit justissimo Zelo DEUS Zelotes

&

peccatorum cæcias.

Sic

Fulgens Phosphorus fit algens Hesperus.

Sic sunt

post juba Nubila,

post rutilum Phœbum mutila Phœbe.

En, Viator,

innumerum, miseriarum & calamitatis numerum,

Quem

nobis afflictis addidit afflictio mortis.

Sed,

Viator,

Quid miseras Tibi ad animum revoco?

Cogita potius:

Qvi ca pit am em pit rem
vit lit ca atqve dolo Job. 7. v. 1.
ret â e ret re

C 2

Noftra

Noftra ergo Dux Sereniffima
MAGDALENA SYBILLA,

cum

Cepit vitam, litem cepit atque dolorum,
Jam verò

Carens vitâ, lite caret atque dolore.

&

Quid amplius Mortem incufari volo ?

parando

diem Duci emortualem

paravit

immoatalem :

paravit

Sine termino cœlestis portus terminum.

Lubens itaque Sibylla,

Noftrum pietatis, orthodoxæ religionis, Sapientiæ centrum

decreto divino

obtemperavit,

Quid ? quod

Canitiem, fenum coronam,

deponere,

cum

cœlesti & immarceffibili coronâ permutare

exoptaverit,

Certa

nihil inter mortales esse immortale,

virtutem verò immortalem,

Propterea .

Virtutum fuarum memoriâ inextingvibili contenta,

gloriosâ Servatoris fui Refurrectione læta,

Magna animi fiducia

& in Redemptorem constantiâ,

Se

ad

ad excessum ex hac ærumhosa in æternam vitam
placide composuit,
composita ita

die 27, Mensis Septembris

Anni 1719.

Animam suam

in

JESU CHRISTI manus

resignavit,

suaviter

&

divini Flaminiis flammeo flatu afflata;

flatum efflavit.

ô excessum beatissimum!

ô gratam Electorum numero accessionem;

Principis olim regentis, jam rigentis,

Quæ

fisa est, quamdiu in vita visa,

Speravit, quoad spiravit.

Considerando hoc

Vos lætæ, letho in luctum lætæ,

tristitiam omnem Lethæ

date.

CELSISSIMÆ ANIMÆ

AUGUSTISSIMA REGINA

atque

Reliquæ Matre orbatæ Principes Sere-
nissimæ

C 3

Date

Date
modum lacrymis:
Referte animum
post tot lamenta & planctus
ad
Firmitudinem.

Dux gratiosissima, gratissima quidem
e tumultu mundi multo in tumulum mundum,
Corpus sub cippum,
Lumbi sub tumbam & umbram
repositi sunt;
Spiritualis tamen anima
longo hæctenus æstatum intervallo
in gaudiorum vallum usque
ad DEum minime fallacem
jam demigravit,
per aspera ad astra,
per angusta ad augusta,
per lacrymas ad risum,
nisu avaro, in sinum Abrahæ
tendit:
Adeoqve
ingressa est beatissima Corona
æternitatis portum
intraqve æthereas fedes & arcem honoris
recepta est.

Vivit

Mater Celsissima

in excelsò cœli axe & arce,
Principis justitiæ JESU Christi candidissima stolâ
corruscans.

E

Et quid etiam tandem, (c) Reliquit

Nos subditi, (c) Vos subditi, (c)
 in cœlum susceptam Ducem?
 suscepit DEUS.

Plangitis ereptam Nobis Ducem?

Eripuit DEUS.

Lugetis sublatam & ad gaudia æterna sublatam Matrem?

sustulit DEUS.

Quo ergo DEUS trahit, retrahitque, sequamur,
 voluntati ipsius nos subjiciamus,
 & in factio arbitrio acquiescamus.

Equidem

Nos calamo & manu epitaphia ponimus,
 ore & corde Epicedia canimus;

Attamen

Beatissima Dux,

Apoc. 22. v. 9.

cœlesti Nympho adunita Nympha,

Hof. 2. v. 19. 20.

hymnos & epithalamia canit.

Nos vivimus in Meclenburgo, quasi in Mactelburg/
 ubi multis peccatorum maculis maculati sumus;

DUX autem nostra

è (a) Megapoli & Mactelburg exivit,

maculisque omnibus maculosa igni sanguine

exterfis,

Ebr. 9. v. 4.

immaculata vivit

Apoc. 7. 14.

(b) ἐν μεγάλῃ πόλει (in der grossen Stadt und

Stimmele-Burg);

Apoc. 21. v. 10.

Reli.

Allusiones maximam partem ad titulos Serenissimæ Du-
 cis spectantes, cum dicitur Dux Meclenburgi, Princeps Sverini,
 Domina Stargardix & Rostochii &c.

(a & b) Meclenburgum interdum Megapolis vel Megalopolis audit, &

utraque vox a Græcis ascita & composita est ex μέγας, μεγάλη, μέγας

magnus,

Reliquit (c) Palæopolin & Neapolin Poli profecta est,
 ubi nullus dolor nullaque (d) gravamina : Apoc. 21. v. 1.
 Deseruit (e) colles, gibbos, tumulos mundi
 di gramineos
 & ad amœnum ascendit olympum,
 ibique cum Christo regnat. Ex-

(magnus, a, um) & πόλις (urbs) : Significat Germanicè, die grosse
 Stadt oder Burg; Hinc allusio facta est ad coelestia Hierosolyma,
 quæ vocantur loco ad marginem citato die grosse Stadt /
 (μεγάλη πόλις.)

(c) In nominibus locorum, præsertim Meclenburgensium &c. Vestigia
 apparent, ex quibus cognosci potest, quod Wendi has terras olim in-
 coluerint. Siquidem multa nomina Slavismum redolent, imò latet
 in nonnullis locis denominatio pure Slavonica, e. g. Malchinum &
 Malchow à Maliko (quod Russis idem, Polonis vero Milko est) dici-
 tur, adeoque à lacte denominationem habent : Ribnitz à Ryba, Po-
 lonis & Russis piscem denotante. Ita etiam Doberan & Dobertin
 à Dobry, Strelitz à strelec [sagittarius] &c. nuncupatur. Ad harum
 numerum pertinet quoque Stargard, & conflata est hæc vox à stary (an-
 tiqvus) & gorod (urbs); Germanicè itaque esset die alte Stadt / La-
 tinis Palæopolis. Scopus, ad quem allusio hæc collimat, est mun-
 dus, antiquum illud discordiæ theatrum.

Neapolis originem quærit in νέος (novus) & πόλις (urbs),
 significatque idiomate Teutonico die neue Stadt. Russis Novogo-
 rod, vel correptum aut potius corruptum Neugard / (ad modum vocis
 Stargard) idem audit. Addito autem Neapoli nomine Poli alluditur
 ad novam urbem vel novum cœlum & terram, cujus mentio fit loco
 ad marginem conjecto.

(d) Allusio petita à Sverino (quod Germanis quasi Schwer in oder Bes-
 schwerde in sonat) tendit ad mundum, die voller Beschwerden/
 Schmerzen / Tribtsahl ist.

(e) Gufrovia, vel observatâ veteri scribendi consuetudine, Güztraw,
 Güztraw, videtur composita ex Guz (gibbus, tuber, tumulus), &
 Trawa (gramen). Guz - Trawny Polonis & Russis (quod scio),
 credo etiam Bohemis &c. (utpote quorum linguæ Slavonicam s. Wca-
 dicam matrem agnoscunt & in multis conveniunt,) tumulum grami-
 neum significat.

Excessit è (f) loco vadis & paludibus frequenti

ad plateas aureas evolavit;

Apoc. 21. 7. 12.

fic etiam

tanquam rosa roseti terrestris

(g) è terra uliginosa

ad rosetum cœleste,

ad locum amœnitatis,

translata est.

Et ut paucis exprimam mentem:

E (h) tenebris sese recipit Dux nostra,

& ad lucem inaccessam accedit. Apoc. 22. v. 11. 23. 25.

D

Et.

(f) Aliam etiam allusionem gignit aliorum opinio, qui Gustrovium à Polonicò Gesty (creber) & Row (vadum, alveus) derivant.

(g) Rostock, aut antiquo scribendi more, Rozstock, significat Polonicè terram uliginosam. Si verò à Polonico Ros (rosa) deducitur, rectè vocatur Græcis & Latinis Rhodopolis, Germanis Rosenstock. Affine est huic voci Polonicum Rosos, quod Germani Lust und Ergötzlichheit appellant. Ex utraqve significatione allusio profecta est ad rosetum terrestrè (Christianam Ecclesiam in terris militantem), ad rosas (Christianos & præsertim Ducem beatam), ad rosetum cœleste (Ecclesiam triumphantem); quod ultimum delictis & oblectamentis æternis abundat.

(h) Cum tam certum sit, quam quod certissimum, quod inter Rutenicam, Polonicam & cæteras à Venedis s. Slavis provenientes lingvas non magna, imò in nonnullis vocabulis nulla sit discrepantia (quod non solum expertus sum, cum adhuc apud Penates meos inter medios Russos versarer, eisdemque cum Polonis indigenis confabulari audirem, sed etiam, ubi magis lingvarum studio me applicui, ipsemet cognovi,] sanè non iniquè egero, si Zefeminum (cui natales meos debeo) deriva- vero a voce Polonico Zaczminie. Allusio facilis est significat enim idem quod nobis die Zinsternis. Derivationem verò hoc excusabit, quòd multa loca, ita forsitan etiam hicce locus, Slavismum redoleat ex impositione nominis, præterea quoque è Polonicum effertur ut f; a verò medium sonum tenet inter a & e.

Et quia hæc Dux
levati in crucem angvis Sangvine Joh. 3. v. 14.

lavata & tincta,
extincta est,
Vivet & erit, dum erimus,
in memoria nostrum & omnium subditorum,
in
animis gentium.

Ergo
Capiti huic Candido, Cano,
adjuncta Membra

&
Subditi

Erigite mecum

ad

hoc acerbissimum, ineluctabile fatum,
labantia Labara & labra.

Capite

invictum in utraque fortuna animum.

Capite

Auguria felicioris fortunæ.

Fidete

DEO

Optimo Maximo,

Qui

Sicut evocando ex hoc vitæ ergastulo

MAGDALENAM SYBILLAM,

Ducem vestram Serenissimam,

Piam, felicem, inelytam,

ordinavit

Celsissimæ Familiæ

lacunam,

Uni-

Universo Meclenburgo

Luctum,

Vobis & omnibus in orbe bonis

desiderium,

ita iterum

flebile Subditis sarciet damnum

in

Serenissimo, Clementissimo Duce.

& Principe

CAROLO LEOPOLDO,

Ad magna

magnis Gemitibus Nato.

Qvem

decedentis optimæ Ducis

in nostris pagis

Successorem Serenissimum,

ambabus amplectimur manibus,

flexis genibus ipsius genua exosculamur,

illique

omnia fausta, aprecamur.

Interim

Nulla vobis mecum præfagiatis mala

Oboriantur nebulæ, ingruant caligines,

quæ Aegyptiis & plusquam Cimmeriis tenebris nos obruant :

Novimus

Opitulatorem Jehovaham,

qui nos juvabit, solem auxilii prodire jubebit

& atras calamitatum nubes jubare suo aureo

discutiet:

D 2

Novimus

Novimus
quod adhuc
AUGUSTISSIMÆ REGINÆ,
& cæterarum *Principum Serenissimarum*
Heredum

exoptatissimo Patrociniò & regimine obrecti simus;
postea etiam
sub

Clementissimi Ducis Megapolitani
CAROLI LEOPOLDI,
umbrâ alarum nobili immobiles & tuti latitaverimus;

Hæus, Viator!
ades adhuc

Non discede, sed expecta paulisper,
Est quod Tibi volo.

Tu
discendo

Serenissimis manibus bene precare:

Implora Summum Numen,
ut hoc ancile cælo delapsum, nunc elapsum,
undena alia aleâ benigna continuent!
ut undæ bonorum udæ exustas & exhaustas terras
inundent,

rivi pariter benignitatis in remanentes Subditos
emanent & deriventur!

ut Libitinæ ploratus Lucina novis gaudiis sublu-
care possit!

ut crescat Ecclesia, augeat Respublica,
floreant schola, educat flores familia!

ut seclis Heliconia mella futuris liberâ Lubentiâ
libentur!

ut

ut sequens sit Concordiæ sequela, felix & facer
annus!

magnaque gens Heneta, majoris Principii ma-
imum videat finem.

Irafcere autem

Viator

& invidiam testare non mihi

sed morti,

quod primario

innatam mancipio humilitatem;

postea etiam

Tenuitatem meam sublevandam

adeò impulerit,

ut ausus fuerim;

in memoriam

Beatissimæ Coronæ

Amplum hoc CASTRUM DOLORIS chartaceum
extruere

&

Superstitibus Coronis

consecrare, mancipare,

implora

mecum subjectissima animi veneratione

Celsissimam Celsæ Subolem,

Clementissimas Duces,

Augustissimam Reginam

LUDOVICAM,

Serenissimam Filiam Viduam

SOPHIAM,

Serenissimam Filiam Viduam
CHRISTINAM,
Altissimam Filiam Viduam
HEDWIGEN,
Celsissimam
ELISABETHAM,
Reliquam Serenissimam PROLEM totamq;
Necessitudinem,

Sollicita, pete,
ut
consecratam hanc sibi & ad pedes
devolutam

structuram chartaceam,

tanquam
signum animi angusti & moesti,
characterem voti,
tessera[m] fidei,
notam sinceritatis,
causam humilitatis
indicem tenuitatis,

Celsissimis manibus arripiant,
Latissimo corde & ore perlegant,
mihique Nutrices, faurices existant,
gratiam atque clementiam beni-
gnam largiantur.

Hoc si impetravero,
sane

obstrictissimum me confitebor
Centum (si essent) lingvis, ferreis chalybeisque
vocibus,

depre

prædicare & DEi & Principum gloriam,
gratiam:

obstrictus ero
Vestrum causa

Celsissima animæ

centies millies repetere votum,
quod vicenarius lingvarum mearum numerus
in dem Klag- und Wunsch-Altar

Serenissima Principi

AUGUSTÆ

exhibuit.

Abi jam,

Viator,

si lubet:

Expecta idem decretum: *Morieis,*

Sed audi:

Næ tota interit.

Pax Serenissima

MAGDALENA SYBILLA,

Verum adhuc vivit ob enumeratas virtutes,
quas urna tantum operit,
non tollit

in animis omnium bonorum,
in cordibus subditorum,
etiam meo

Tantæ Ducis

fidelissimi clientis.

Ad

Ad ultimum ;
Viator ;
Hunc observa mortis morem ,
quod summa imis confundat , Sceptra rastris
æquet ;

Nec parcat Tibi.
Quamobrem enitaris ;
ut,


Ducis incomparabilis
ad exemplum,

Mortalitatem

ita exuas,
quò beata induaris
immortalitate.







è (f) loco vadis & paludibus frequenti
ad plateas aureas evolavit; Apoc. 21.7.22.
sic etiam

tanquam rosa roseti terrestris

(g) è terra uliginosa
ad rosetum caeleste,
ad locum amoenitatis,
translata est.

Et ut paucis exprimam mentem:
h) tenebris sese recipit Dux nostra,
ad lucem inaccessam accedit. Apoc. 22. v. 21. 23. 25.
D d u z Et.

an allusionem gignit illorum opinio, qui Gustrovium à Po-
sty (creber) & Row (vadum, alveus) derivant.
ut antiquo scribendi more, Rozstock, significat Polonie
iginosam. Si verò à Polonico Ros (rosa) deducitur, rectè
Græcis & Latinis Rhodopolis, Germanis Rosenstock. Affine
voci Polonicum Roszok, quod Germani Lust und Ergötzlich-
lant. Ex utraqve significatione allusio profecta est ad roset-
stre (Christianam Ecclesiam in terris militantem), ad rosas
nos & præsertim Ducem beatam), ad rosetum caeleste
m triumphantem); quod ultimum delicis & oblectamentis
fundat.

ertum sit, quam quod sertissimum, quod inter Rutenicam,
n & cæteras à Venedis s. Slavis provenientes lingvas non-
lmò in nonnullis vocabulis nulla sit discrepantia (quod non
bertus sum, cum adhuc apud Penates meos inter medios Rus-
ter, eisdemque cum Polonis indigenis confabulari audirem,
ubi magis linguarum studio me applicui, ipsemet cognovi,
iniquè egero, si Zeteminum (cui natales meos debeo) deriva-
ce Polonico Zaczminie. Allusio facilis est significat enim idem
is die Ginsternis. Derivationem verò hoc excusabit, quòd
a, ita forsitan etiam hicce locus, Slavismum redoleat ex im-
nominis, præterea quoque è Polonicum effertur ut t; a verò
onum tenet inter a & e.